

fecimus, quippe qui pro hoc beneficium Hermanni ministerialis nostri pene ducentis marcis redemimus, hanc paginam conscribi subnotatisque testibus nostro sigillo fecimus insigniri. Testes autem hi sunt: Erberto praepositus de Worzin, eiusdem ecclesiae canonici Burchardus, Gozmarus, Robertus, Matheus prior de Cella sanctae Mariae, Siboldus de Burglin; laici Tammo de Lyzowe, Berchtoldus de Crepuwiz; ministeriales nostri Hermannus de Lvbaniz et frater suus Heinricus, Petrus dapifer, Cōnradus de Lvptiz, Bezelinus, Gunterus, Tidericus de Hoberch et fratres sui Cōnradus et Heinricus, Wernherus et frater suus Heinricus, Rudegerus, Onolfus et frater suus Engelbertus, Hugolt et frater suus Hartmodus, Otto advocatus de Bove et alii quam plures. Acta autem haec sunt anno dominicae incarnationis M°. C°. LXXX°. V°. indict. I°. praesidente Romanae sedi domino papa Lucio III°. anno pontificatus ipsius III°. regnante domino Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto, anno imperii eius XXXI°. anno episcopatus nostri XV°. archiepiscopatus autem domini Wigmani anno XXXII., marchiam Misnensem Ottone, fratre suo Ditrico marchiam Luzizensem regente. Quo etiam tempore dominus Fridericus imperator duos filios suos Mogontiae militaribus balteis gloriose praecinxit. Ipso quoque anno rege expeditionem in Poloniam, pacem inter Mogontinum Cōnradum et Lodewicum Iantgravium disponente, apud Erpesfort trabibus domus pro vetustate confractis Fridericus comes Auenbergensis, Heinricus comes de Swarzburch, Gozmarus comes de Cygenhagene, Berngerus comes de Meldingen, Burchardus castellanus de Wartberch cum domo ruentes heu miserabili morte interierunt.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; das aufgedruckte Siegel beschädigt.

Die Richtigkeit des J. 1185 oder selbst die Aechtheit der Urkunde kann deshalb, weil der Concipient oder der Schreiber in der Indiction irrte und fälschlich den damaligen Pabst Lucius III. statt III. nannte, um so weniger in Zweifel gezogen werden, da die weitere Angabe der Regierungsjahre des Kaisers sowohl wie der beiden geistl. Herren zu 1185 passt. Als eine selten vorkommende Erscheinung ist aber die Erwähnung zweier Ereignisse am Schlusse der Urkunde bemerkenswerth, welche damals grosses Aufsehen erregt hatten, die Wehrhaftmachung der beiden Söhne des Kaisers Friedrichs I. Heinrich und Friedrich auf dem glänzenden Hoftage zu Mainz (20. Mai 1184) und dann der Unglücksfall bei der Versammlung zu Erfurt in Gegenwart des K. Heinrichs VI. am 26. Juli 1184.

## No. 60. 1185?

*Der Abt Heinrich I. des Klosters Berge bittet den Pabst Urban III. den innerhalb seiner Diöcese in seinen Rechten vielfach gekränkten Bischof zu schützen.*

Domino et patri spirituali Urbano, sanctae Romanae sedis universalij papae H. humilis abbas sancti Johannis baptistae in Monte debitam obedientiam cum devotis orationibus et humili servitio. Ex quo divina providentia patrem pacis et gubernatorem ecclesiae vos constituit, merito necessitates ecclesiarum ad sinum pietatis vestrae referuntur. Ut vero pax earum violata est, auctoritate vestra consolidata reparetur et firma persistat. Venerabilis Misnensis episcopus, quod clero suo resistente ecclesiam suam ordinare non posset et quod a manu laicali multimodas oppressiones et iniurias sustineret, Magdeburgensi capitulo et confratribus suis episcopis, praelatis et clero ecclesiarum frequenter conquestus est. Verum quia nimia contra eum persecutione prae-